



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput V. Idem a Cantuar. Archiepiscopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

## CAPUT V.

Idem <sup>a</sup> Cantuar. Archiepiscopo.

AD hoc in Beatorum Apostolorum Principis Cathedra, Domino disponente, quamquam immeriti sumus constituti, ut plantare debeamus, quæ ad divinum spectent decorem, & evellere, & eradicare curemus, quæ obvia sunt rationi, & profectum impediunt salutis. Intelleximus sane, quod Hospitalarii nominatim excommunicatos contra prohibitiones Episcoporum Ecclesiasticæ præsumunt tradere sepulturæ, non cogitantes, quam grave sit eis in morte communicare, quos dum viverent, Ecclesia à suo sinu pro eorum excessibus <sup>b</sup> segregavit. Verùm quoniam hujusmodi præsumptionem, & temeritatem nolumus, nec debemus aliquatenus tolerare: f. t. per A. f. p. m. quat. prædictos fratres moneas, ac hortaris, & eis ex parte nostra præcipias, ut si quos in excommunicatione defunctos in cæmeteriis Ecclesiarum sepelierint, eos extra cæmeteria penitus ejiciant. Quod si facere noluerint, hoc ipsum de his quos in excommunicatione defunctos esse tibi constiterit, auctoritate nostra rem. ap. ob. exquiras.

## NOTÆ.

<sup>a</sup> *Cantuariensis*.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 6. & post Concil.

Later. part. 31. cap. 5. De hac Metropoli nonnulla adduxi in cap. 2. de rescript.

<sup>b</sup> *Segregavit.*] Juxta tradita in cap. sacris, de sepultur. ubi commentarium hujus textus dedi.

## CAPUT VI.

Idem Abbati & Monachis <sup>a</sup> S. Andrea.

SI de terra, quam habetis in Parochia, d. v. jam per xxx. Annos decimas Canonice de Plautio perfolvistis, eas sibi de cætero integrè, oc. & ap. post perfolvatis: licet enim privilegiorum Romanæ Ecclesiæ beneficio Fratibus de Cisterc. indultum sit, quod de laboribus suis nulli decimas, vel primitias perfolvere debeant; ex privilegio tamen vobis indulta tanto tempore detrahere voluistis. Cùm liberum sit unicuique juri suo abrenunciare, eoque modo potestis vos in hac parte tueri.

## NOTÆ.

<sup>a</sup> *S. Andrea.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 9. & post Concil. Later. part. 38. cap. 4. Monasterium hoc est Ordinis Cisterciens. in Diocesi Sagientis, quod B. Mariæ de sancto Andrea Ordinis Cisterciensis appellatur in libro Camera: cujus Ecclesiam instauratam, aut perfectam à Reginaldo Abbate dedicavit Gaufridus Episcopus Sagientis Anno 1552. ut refert Manrique tom. 2. anal. Cisterc. anno 1148. cap. 15. num. 5.

Moneta de commut. cap. 8. num. 495. Suarez to. 1. de relig. lib. 10. cap. 20. Garcia de nobilitate, glossa 6. Amaya in l. 1. Cod. qui sponse, num. 18. Giurba consil. 59. Castillo de tertius, cap. 19. Caldas Pereyra de off. 91.

Sed pro dubitandi ratione in præsentem assertionem ita inturgo. Privilegium per non usum non amittitur, unde in l. voluntaria 12. Cod. de excusat. muner. lib. 12. docetur, quod si aliquis habet immunitatem à tutela, non ob id, quod spontè eam susceperit, privilegiis suis derogat: & in l. creditor 7. Cod. de usur. aj. ut Imperatores: Nec enim si aliquando ex consensu præstata sunt, obligationem constituunt. Ergo non rectè in præsentem assertur, per non usum privilegium amitti non solvendi decimas. Augetur hæc difficultas ex eo; nam privilegium ut possit amitti per non usum, debebat illud omittente communitas, seu persona, cui concessum est, ut probat Chaffaing. dicta proposit. cap. 5. Sed privilegium non solvendi decimas, de quo in præsentem, non fuit concessum Monasterio sancti Andrea tantum, sed universæ Religionis Cisterciensis, ut probavi in cap. nuper, de decimis. Igitur omissione, seu negligentia Abbatis, & Fratrum Monasterii S. Andrea amitti non poterat. Augetur deinde hæc difficultas ex cap. accedentibus, hoc titul. ubi in eadem specie privilegii decimarum assertur, quod ad hoc ut illud amittatur,

<sup>2.</sup>  
Impugnatur tradita assertio.

## COMMENTARIUM.

<sup>1.</sup> *Conclusio* EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio: Privilegium amittitur per non usum, Ecclesie tamen concessum post XXX. annos. Quæ Conclusio probari potest ex cap. cum accessissent, de consuet. cap. pro illorum 22. de prob. cap. ad Apostolicam, de regul. c. accedentibus hoc tit. l. 2. & final. ff. de veteran. l. 2. l. semper 5. §. final. ff. de jure immunit. l. 2. §. final. ff. de Decur. l. 2. Cod. de tabul. lib. 11. l. 3. Cod. de Decur. lib. 10. l. 2. Cod. de jure domini imperand. Illustrant ultra congestos à Barboza in præsentem, & de potest. Episcopi alleg. 26. num. 11. Balboa in cap. Sauctorum, de præscript. num. 54. Bruno Chaffaing. de privileg. regul. part. 1. princip. l. cap. 5.